



8
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

CONCLUSIONES DE IVDICIIS.

QVAS FAVENTE DEO TER OPT. M.
PRAESIDIBVS CLARISS. CONSULTISS. VIRIS
D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hol-
landt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in celeberrimo
ac florentissimo Iuridicæ facultatis, apud Vbios
collegio, pro laudabili & huc vsque rece-
pta consuetudine publicè dif-
putando tuebitur.

CONRADVS von der Thann.

VI. NON. MAII. CIO. IO. XCI.



COLONIAE AGRIPPINAE T
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

THESIS I.

IUDICIVM est legitima controuersia apud Iudicem tractatio & dijudicatio. I Diuiditur ratione CAUSAЕ, in ecclesiasticum ac seculare. 2 MATERIAE, in Ciuile aut Pratorium: Idque vel reale, petitorium, aut possessorium: 3 vel personale, 4 poenale, vel mixtum: 5 item vniuersale, generale, particulare: 6 & Criminale, quod capitale est vel non. 7 FORMAE, in ordinarium seu plenarium, extraordinarium, aut summarium: 8 in delegatum & subdelegatum: 9 conuentionale & reconuentionale: 10 in simplex vel duplex. 11 FINIS, in publicum aut priuatum: 12 in principale, prauidiciale, ac preparatorium. 13

1 argum. c. forus. d. v. f. 2 tot. tit. C. de Episc. aud. c. 4. de Iud. c. 1. cum seq. de for. comp. 3 §. 1. Inst. de bon. poss. l. 1. ff. si mensor fals. mod. ext. de caus. poss. 4 §. 1. Inst. de act. 5 §. sequens. ibid. 6 l. 1. in prin. de re. vend. gl. mag. & Dd. de eden l. 2. vbi Bar. num. 2. de nego. gest. l. 2. C. de iud. 7 l. 2. l. capitalium 28. de poen. 8 l. antepen. de nego. gest. §. vlt. Inst. de interd. l. ordo, de publ. iud. de var. ext. cogn. 9 ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. 10 l. 2. ff. de iud. 11 l. in tribus iud. 13. de iud. l. 2. de interd. §. duplicia Inst. cod. 12 tit. de publ. iud. ff. de priu. del. 13 tot. tit. famil. excis. l. fundum cum seq. de except. l. 1. 3. ad exhib. l. 1. de inter. act. l. is qui, de rei vend.

II.

Possunt autē Iudicio praesse, qui natura, lege, vel moribus non prohibentur: 1 quippe cacus, 2 morbo sentico laborans, nominatim ab altera parte petitus, vel heres institutus, 3 literarum plane imperitus, 4 minor, nisi à principe datus, vel partes scientes in eum consenserint, 5 infans (quamuis arbiter esse possit) 6 sacerdos in causis secularibus, 7 item is qui ob paupertatem propria quadra viuere nequit, 8 Iudex constitui non debet.

1 l. 12. §. non autem. h. tit. 2 l. 1. §. 5. vers. nunquid. de postul. 3 l. 46. l. 47. l. 17. h. tit. 4 Nou. 82. §. 2. ibi Cuiac. & Nou. 60. in fin. 5 l. 41. de arbit. l. quidam 57. de iud. 6 c. infamis 3. q. 7. l. Pedius 7. de arbit. 7 tot. tit. ne cler. vel mon. neg. sec. l. Consulta diuina C. de testa. l. omnes 33. C. de Epif. & cler. l. pen. in prin. de vac. mun. 8 l. rescripto 6. in prin. de mun. & honor.

III.

Ordinarius Iudex de Iure Ciuili recusari nequit: 1 sed si aliqua suspitionis, ob metum, odium, fauorem, vel imperitiam, subsit causa, 2 adiunctus ei dandus est: 3 alias à partibus arbitri eliguntur, 4 qui de hac recusationis cognoscant exceptione, qua non solum ante litis contestationem in scriptis, 5 sed & omnium prima inter dilatorias, proponenda est: 6 nisi de nouo superuenerit, tunc etiam post conclusionem 7 admittitur.

1 Nou. 86. c. 2. auth. si vero contigerit. C. de iud. 2 gloss. in c. 2. vt lit. non contest. ibi Abb in verb. subesse. Mar. p. 6. de appell. à nu. 26. vsque ad 74. causas 40. commemorat. 3 d. nou. 86. 4 c. cum speciali 61. de appell. l. arbitro. ff. Qui fatid. cog. 5 l. 16. C. de iud. speciali causae expressione. c. suspitionis c. cum speciali. vt lit. non contest. 6 Gaill lib. 1. obs. 33. nu. 11. Myns. obs. 59. cent. 4. 7 Mar. p. 6. de appell. nu. 74.

IIII.

Ne vero iurisdictiones confundantur, 1 sciendum est regulariter, Actorem sequi forum rei, 2 quod sortitur ratione domicilij, contractus, delicti, rei controuersae. 3 Veruntamen

runtamen hereditas vel fideicommissum non modo ubi haeres habet domiciliū, etiamsi res ibi non sit, sed etiam ubi hereditas relicta vel maior eius pars esse dicitur, peti potest: 4 ut & mulier repetere dotē illic ubi maritus habitat, non ubi promissio facta, vel dotale instrumentū conscriptum est, debet: 5 diuersum, si matrimoniū ex causa consanguinitatis accusari contingat. 6

1 c. & à quo. §. qualiter. ext. qui filij sint legit. 2 c. cum sit glo. 8. de for. comp. 3 c. vl. cod. 4 l. vn. C. ubi fidei. pet. oport. l. 50. in prin. de iud. l. vn. C. ubi de hæred. ag. l. 29. §. vl. ff. de inoff. test. 5 l. exigere 65. ff. h. t. Ioan. Rob. lib. 1. sent. c. 4. nam vxor sequitur forum mariti. l. pen. ff. de iurisd. omn. iud. aliud in concubina, l. de iure. §. vlt. ff. ad municip. 6 l. si vxor. & d. l. exigere, de iud. cont. tenet Host. n. 8. de for. comp.

V.

Ob conditionem personæ quandoque fori competentia variat. Siquidem clerici nec per compromissum, 1 prorogationem, quamuis iuramento vel superioris consensu munitam, 2 censuram ecclesiast. declinare possunt: Ratione tamen, causarum realium, 3 possessoriū vel quasi, consequenter decimarum, iurisq; patronatus, 4 reconuentionis, 5 officij alieni, 6 continuationis instantiæ, 7 causæq; indiuiduæ cum laicis connexionis, 8 feudorum atque regalium, 9 iurisdic. seculari submituntur.

1 c. significasti de for. comp. per tex. c. contingit de arbit. gl. ibid. not. in verb. spiritua- lib. 2 c. decernimus. de iud. d. c. significasti. c. contingit. de sententia excommun. 3 per rat. l. fin. C. ubi in rem actio. c. fin. de for. comp. fa. §. omnium Inst. de act. Couarr. pract. quæst. c. 35. Gail lib. 1. obs. 37. 4 Felin. in c. at si clerici n. 8. de iud. 5 Socin. ad Rub. de for. comp. nu. 1. & nu. 15. idem in c. 1. cod. tit. nu. 52. 6 Felin. in c. quia n. 3. de iud. Mar. p. 5. n. 12. cont. tenet. Bart. in l. hæres absens h. t. 7 c. si diligenter §. fin. c. verum c. ex transmissa. de for. comp. c. cæterum de iud. c. Romana §. debet. de appell. in 6. 8 Cost. in fi. tit. Quib. de reb. ad eund. iud. 9 Gail obs. 37. lib. 1. An vero Conuersi, Iesuati, & fratres Gaudentes, gaudeant priuilegijs clericorum, disputat Anth. de Matth. Rom. de com. for. fol. 28. nu. 37.

VI.

Si inter vassallos de feudo contentio sit, Dominus: 1 si inter Dominum & vassallum, 2 vel duos quorum alter verus, alter assertus, 3 pares curia: casu autem quo pares non ad- sint vel testes esse debeant: 4 fidelis se fidelem neget, 5 assertorum vnus antiquum, al- ter nouum feud. prætendat, 6 Dom. vel fideli cum extraneo res sit, 7 Ordinarius: aut arbiter tam voluntarius quam necessarius iudicat. 8

1 §. vlt. de prohib. feud. alien. per Fred. 2 d. §. Mynf. cent. 1. obs. 99. 3 c. 1. 2. respon- so. apud quem vel quos. & c. 1. in pr. verb. cæteræ. del. Corrad. 4 Borch c. 10. n. 12. 5 Curt. p. 7. num. 39. l. fin. ib. Dd. ff. de iurisd. omn. iud. 6 c. 1. §. illud tantum de inuest. in marit. fact. fa. c. 1. §. si duo. de pac. tenend. l. deferre §. idem decreuerunt, de testib. 7 c. 1. de contr. inter dom. & al. 8 l. apertissimi. & l. fin. C. de iud. c. 1. An apud Iud. vel Cur.

VII.

Prorogatione quoque forus obtinetur, cuius duo sunt genera. HOMINIS, quæ fit vel de persona ad person. 1 de quantitate ad quant. 2 de tēpore ad temp. 3 de loco ad loc. 4 de casu ad cas. 5 de causa ad caus. 6 LEGIS, & hæc verificatur in genere vel specie: 7 Porro ad essentiam eius, iurisdic. ordinaria vel delegata, 8 habilitas cause,

causa, 9 consensusq; partium, non declinati Iud. 10 nisi potestate quadam Iurisd. exercitium vestitum habeat, 11 vel in spiritualib. facienda sit, 12 requiritur.

1 Card. in c. p. g. de off. deleg. Anth. de Matth. Rom. in tr. Iudic. vers. sequuntur. 2 l. de qua re. de Iud. §. 1. 3 l. 2. §. si & iudex ff. cod. glo. in l. 1. de iur. om. iud. 4 de qua Bart. in d. §. si & iudex, Bald. in l. testamenta. C. de testamentis. 5 cas. in c. cordi, de appell. lib. 6. 6 c. 1. de mut. pet. 7 plur. exemplis declarat. Matt. Rom. vers. modo. 8 l. 1. ff. h. rit. arg. l. priuatorum. C. de iurisd. om. iud. 9 glo. Bart. & Dd. in l. inter conuenientes ff. ad Municip. Can. in d. c. si diligenter. 10 Dd. in l. 2. h. t. 11 not. in c. Imperialem. §. praeterea de proh. feud. alie. per Freder. Dd. in c. p. g. de off. deleg. 12 Felin. in d. c. significasti.

VIII.

Praeuentio tam in Ordinarijs quam Delegatis locus est, 1 quamuis inferior sit, dummodo Iurisd. à superiore praevento non recognoscat, 2 Vnde queritur si alter litigantium coram vno iudice causam agitare coepisset, an alter ex alia causa aduersarium suū in alio foro conuenire possit, an verò necessario sequi debeat Iurisd. quam alter praueuendo elegit: sed magis est, vt durante quoq; instantia apud alium Iudicem actio rectè instituat, si reconuentioni locus esse nequeat. 3

1 Host. in c. ad petitionem de accusat. Anth. de Matth. d. tract. vers. Modo. 2 per l. Iudicium ff. de Iud. 3 vid. Cui. in Nou. 96. & Can. in c. 1. de mut. pet. V. Vurm. pr. obs. lib. 1. tit. 12. obs. 2.

IX.

Reconuentionio enim etiam super alia re, competentem facit iudicem, quem actor in conueniendo non est dedignatus, 1 nisi sit delegatus vel arbiter partium consensu electus, 2 causave alterata per appellationem. 3 aut agatur ad restitutionem depositi: 4 ex stipulatu pro dote. 5 Item nec de civili causa ad criminalem vel spirituales: 6 nec de summaria ad ordinariam, vel vice versa, 7 competit. Tenet autem si ante lit. contest. vel in ipsa, seu statim post, introducatur. 8

1 l. cum Papinianus & auth. cōsequenter C. de sent. & interloc. c. 1. de mut. pet. l. Quod Labeo. ff. de Carb. ed. 2 fa. l. fi. ff. de pact. Bart. d. auth. 3 l. 2. §. legatum. h. tit. Spec. de reconuen. §. 11. vers. sed nunquid. 4 cas. in l. si quis C. de pos. 5 l. 1. §. taceat. C. de rei vx. act. 6 Dd. in d. c. 1. de mut. pet. nam stante causarum imparitate saluari non potest. 7 Clem. saepe d. V. S. nisi principis rescripto summaria esset. 8 l. rem non nouam. C. de iud.

X.

Interueniens pro suo interesse (quod summarie docere debet) 1 non solum in prima instantia & quacunque parte litis, 2 verum etiā si appellatum sit, principalis forum subit. 3 Quod magis, quamuis renunciatum appellationi, 4 vel tertio per principale pro-uocatum, 5 causave cum clausula remota appell. delegata sit, 6 nihilominus tertius appellare, executionemq; trium sententiarum conformium, 7 (nisi de indemnitae sibi caueatur,) 8 impedire potest.

1 Bart. in l. à sententia ff. de appell. in l. à Diuo Pio §. super reb. l. saepe ff. de re iud. 2 Anchar. in c. fin. vt lit. pend. Oldrad. conf. 255. num. 4. incip. contra prouisionem, 3 argum. text. in l. cum vnus ff. de bo. auth. iud. poss. l. ab executore. §. alio ff. de app. 4 per d. l. à sententia §. idem rescript. Bald. in auth. hodie C. d. appell. nu. 6. argum. l. factum, d. reg. iur. l. iniquiss. de iur. & fact. ignor. 5 Couarr. pract. quæst. cap. 15. nu. 3. & 4. vbi hoc restringit & c. 16. nu. 8. Nec tit. C. ne liceat in vna ead. causa & c. procedit in Camera. Gaill. lib.

lib. 2. obs. 72. 6 c. Super eo. de off. deleg. fa. l. 1. §. interdum. ff. à quib. ap. non lic. 7 Rot. decis. 3. & 11. de sent. & re iud. Vant. tit. quis poss. dic. de null. num. 9. 8 l. is à quo ff. de rei vend. l. pen. de inoff. test.

XI.

Continentia quoque causa, ut tempori atque sumptibus parcat, omissis mediis, omnium superiorem adire suadet. 1 Inducitur vero ratione, plurius personarum, rerumve diuersa iurisdictione. 2 generalis actionis: 3 mutationis instantia: 4 diuisionisve iudiciorum ad idem competentium, 5 nisi diuersi processus facti sint parte non opponente. 6

1 c. fin. de rescrip. ibid. Dd. & in l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. iud. ca. 2 Bald. in c. 1. de controuer. feud. ap. par. term. etiam in criminalibus obtinere dicit. text. in l. in criminali C. de iurisd. omn. iud. l. 2. C. vbi causa status agi debeat. 3 l. nulli de iud. 4 l. vbi accep. ibid. sed poena mutantis est arbitraria cum refusione expensarum. glo. in C. ex tenore in verb. careat, de rescrip. 5 per tex. c. 1. de causis poss. & propr. gloss. ibi. in verb. sub vno. c. 1. §. sed iudex de sequest. poss. fruct. 6 Innoc. in c. cum M. Ferrar. num. 10. circa fin. de confit.

XII.

Sed & conseruanda pacis publicae gratia, de quibusdam causis Imperator seu Camera Imperialis immediate cognoscit. 1 Ducalis vero ciuitas vel municipium, Dominum suum coram consiliarijs (Am Hofgericht) conuenire debet, sed non econtra: 2 Sicut & Ecclesiasticorum Germania principum Capitula in causis ciuilibus, non ut ipsi coram iudicibus Ordinationis (Bermog der Außtråg) vel supremo tribunali: sed coram Metropolitanano, vel Episcopo tanquam ordinarijs primam habent Instantiam. 3

1 Ord. p. 2. a tit. 9. vsque 15. Gaill lib. 1. obs. 1. causas enumerat 34. fa. l. quoties C. vbi senato. 2 vel potest vnam ex octo praescriptis vijs in ord. p. 2. tit. 4. eligere. fac. l. 1. & fi. C. de emancip. lib. argum. tex. c. 1. in fin. de poen. 6. gl. ibid. in verb. punire 3 per ration. l. fi. C. vbi in rem act. plura digniss. scitu vid. ap. Gaill lib. 1. obs. 30.

XIII.

Quid si reus pluribus in locis fori sortiatur? Actoris erit electio vbi causam deducere velit. 1 Quin & coram pluribus Ordinarijs vel Ordin. & Delegato, super diuersis actionibus, eodem tempore, quis recte conuenitur. 2

1 l. haeres absens, §. fin. ff. h. tit. l. 3. ff. de eo quod cert. loc. da. op. auth. statuimus C. de Episcop. & Cler. 2 tex. & glo. eleg. in c. fin. ver. per varias. de rescrip. Henr. Boich. distinguendo ad d. c. respondet.

XIV.

Renunciare denique privilegio fori licitum est, 1 quatenus eximentis non vertatur prauidicium. 2 Sic Legati, in omnibus negotijs ante legationem contractis, reuocandi domum ius habent. 3 Remissionibus vero in delictis non utimur licet vtraque iurisdictione eidem principi subsit. 4 Quamuis autem superior causam in aliquo tribunalium suorum pendente, auocare possit, 5 tamen Casari in Cam. Imperiali hoc permitti non putatur. 6

1 tex. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. l. 1. ff. si quis in ius voc. 2 arg. tex. in c. Imperialem §. praeterea ib. sing. gl. in verb. duos, de prob. feud. al. per Fred. tex. in c. cum tempore, de arbit. vbi Dd. communiter. 3 l. 2. §. 3. ff. h. t. 4 est dictum originale Bart. in l. si sepulchri ff. de sepulch. viol. Spec. tit. de remission. in pr. 5 tex. in c. ecclesia vt lit. pend. & in l.

in l. iudicium totum ff. de iud. 6 Ord. Cam. p. 2. tit. 35. Das dem Cammergericht sein
stracker lauff gelassen werden soll. fac. l. digna vox. C. de ll. l. ex imperfecto. C. de testa-
mentis.

XV.

*Hactenus de foro: Quoad processum, sciendum iudiciū inchoari à citatione, 1 Que per
Pontificē, 2 vel in casu notorio, 3 processive summario, 4 omitti nequit. Requirit au-
tem commission. iud. 5 executionem, 6 eiusdemq; reproductionē. 7 Continebit porrò
nomen Iud. coram quo, iuncto cognomine citandi, nec non citantis: causam propter quam,
locum Iudicij, & terminum comparitionis. 8*

1 §. fin. Inst. de pœn. tem. litig. c. quoniam 11. de probat. 2 tex. in clem. pastoralis 2. §.
Cæterum de sent. & re iud. Menoch. de arb. iud. q. 17. nu. 5. 3 c. 2. de testib. & attest. l. 47.
ff. de re iud. l. 39. de adopt. l. si quando. C. de testib. 4 Philip. Port. lib. 1. com. opin. concl.
43. 5 l. 10. §. prætor ait ff. de in ius voc. fac. l. neminem. C. de exh. re. 6 c. gratum de off. de-
leg. 7 Schurff. conf. 38. nu. 3. 8 VVesenb. in par. tit. ff. de in Ius vo.

XVI.

*Citationi, terminum comparitionis ad diem festum indicenti, vel die feriata solenni,
decreta aut insinuata, non obtemperandum esse, religionis potius, quam contradicendi stu-
dio, assevero. 1*

1 Exod. c. 31. c. fi. ex. de fer. l. ult. C. de fer. ibi horrida vox præconis silescat, taceat ap-
paritio, l. 1. ff. de Spec. in tit. de cit. §. 1. ver. item excipitur. VVurmf. pr. for. lib. 1. tit. 6. ob. 4.
inferitur plerunque clausula compareas tali die quod si non fuerit Iuridica, &c.

XVII.

*Subditus extra territorium degens per apparitorem, vel edictum, obtentis literis mu-
tui compassus ad comparend. arctabitur. 1 Sed nūquid aduersa pars fortè in iudicio præ-
sens nihilominus citanda? vel ad certam causam comparens, de diuersa respondere tene-
bitur? 2 non.*

1 Dd. in l. extra territor. ff. de iurisd. omn. iud. Did. Couar. pract. quæst. cap. 10. nu. 7.
hodie plerunque arresto reali compellitur. 2 pro priori fac. tex. l. de vnoquoque 47. in
pr. de re iud. Clem. causam 3. de elect. in fi. l. 1. §. sed si ff. de fer. Posteriores suadet. Bald. in
l. cum fratrem. in fi. C. de jis quib. vt indig. Mynscent. 6. obf. 2. §. 9. passim hanc in confi-
storij seruari dicit. dissent. Fachs, diff. 38. Lantfr. lib. 2. tit. 30. Socin. art. 5. num. 23. vid. c.
15. q. 3.

XVIII.

*Si actor in statuto die non compareat, reus contumaciam eius accusans, post facto pro-
clamare, tribusq; iuridicis effluxis, ab obseruatione Iud. liberabitur. 1 Atqui contra re-
um contumacem actor pro suo arbitrio, 2 vel ad pœnam Banni 3 immisionem bonor. 4
aut in causa principali vsq; ad diffinitiuam procedere potest. 5*

1 Auth. qui semel. C. quomodo & quando iud. l. properand. §. & siquidem C. de iud.
c. causam quæ. ext. de dol. & cont. 2 Ias. in l. prouinciali §. si in loco coniu. nu. 7. ff. de
nou. op. nunc. Bart. in l. consentaneum nu. 16. C. quom. & quan. iud. 3 Gail. lib. 1. obf. 60.
alleg. Bald. in l. 1. nu. 9. C. de hæred. Inst. 4 iux. c. quoniam frequenter. §. in alijs, vt lit. nō
cont. gl. sing. in c. prout, in verb. final. de dol. & cont. Dd. d. l. consentaneum.

XIX.

*Cessantibus exceptionibus declinatorijs, quæ semper, dilatorijs ante lit. cont. perempto-
rijs nonnunquam post sententiam, opponuntur 1 actor tam Iudici quam reo libel-
lum*

lum offert, 2 qui succinctè facti speciem causamq; remotam si personalis, propinquam si realis actio fuerit, 3 ad euitandam obscuritatem 4 exprimere debet. Plures etiam action. ad diuersa tendentes in vno eodemq; libello cumulari posse placuit. 5

1 vide Spec. in tit. de excep. oppos. tex. & gl. in l. i. C. de iur. & fact. ignor. 2 auth. offeratur, C. de lit. cont. Dd. in l. edita C. de edendo. 3 c. 2. de lib. obl. gl. in l. i. verb. vt perinde. ff. de eden. Ias. in § omnium nu. 120. Inst. de act. dicit attende conclus. quæ regulat, ampliat, & determinat totam action. ac in dubio eliciend. quæ actori sit omnium vtilis. per l. si quis intentione ff. de iud. præsertim si clausula salutaris, super quib. omnib. & c. adiecta sit. 4 l. prætor edixit §. quod ait ff. de iniur. tex. l. fin. C. de excep. annalib. committitur ratione æqui uoc. generalitatis, alternatiua, locutionis non coarctatæ, infinitatis. Dd. in d. l. edita. 5 Zas. in l. si idem cum cod. de iurisd. omn. iud. c. 2. de caus. poss. & prop.

XX.

Iam si reus contenta eius simpliciter negat, 1 exceptionem peremptor. opponat, 2 vel libell. supplicatorius principi oblatus sit, 3 lit. cont. inducitur, quæ nec in causa appell. 4 nullitatis, 5 vel de partiū consensu, 6 iudicisve auctoritate, 7 omittenda est. Satisfactiones vero de iudicio sisti, iudicatum solui, ratumq; haberi: eam anticipare debent. 8

1 c. vnic. de lit. contest. 2 gloss. & Bartol. in l. i. C. cod. l. rem non nouam. C. de iud. 3 l. iux. glo. & text. l. i. & 2. C. quando lib. Prin. obl. tit. fa. cont. gloss. in l. sicut C. de præscript. 30. ann. 4 Dd. in c. quoniam frequen. num. 74. vt lit. cont. 5 Vant. tit. quot & quib. mod. null. nu. 24. & 46. 6 c. de causis. iunct. gl. in verb. de consensu. de off. iud. deleg. c. accedens el. §. cum igitur. vt lit. non. cont. 7 d. l. vnic. C. de lit. cont. Bart. d. l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. 8 Paul. de Cast. in l. Iulianus gl. in l. de die §. si seruus ff. qui fatisd. cog. fac. l. Pomponius §. rati habitationis ff. de proc.

XXI.

Cum nude assertioni non credatur. 1 Positiones in super reo fienda, vel articuli producti libelli repetendi sunt, præstito medio iuramento dandorum ab vna, & ex altera parte, respondendorum: 2 Licet vero iuramentum calum. oblatum de substantia iud. sit, 3 ita vt fugiens contumax in non iurando, purificata interlocutoria euentuali, pro confessio habeatur, pulsans vero ab actione cadat, 4 Consuetudine tamen & rescripto principis, vt in Camera remitti verius est. 5 Nec periurij arguendum qui positionem qualificatam ex parte veram, totam negat. 6

1 l. ei qui dicit. de probat. 2 Spec. tit. de possit. §. 2. n. 1. Ord. tit. 13 §. 3. par. 3 necessario: ex Const. Imp. in comit. Spir. an. 70. promulg. vid. Gail lib. 1. obs. 29. nu. 10. 3 Sichard. in rub. num. 10. C. de iur. Can. in c. 1. ext. cod. 4 l. 2. §. quod si actor C. de iur. prop. cal. text. in auth. principales. §. si quis autem. C. de iure iur. 5 Gail obs. 85. lib. 1. 6 l. si is qui ducent. de reb. dub. iure iur. Iuram. hoc recessit ab aula, nam hodie calumniandi ferè animo peruenitur ad iudicium.

XXII.

Si ergo vel Actor intentionem suam negatam, vel reus exceptionem obiectam testibus munire velit, Iudex ad probatorios artic. conficiendos, testes nominandos, competentē terminum qualitati causæ præfiget. 1 Ad quartā vero dilation. impetrandam solennitas legalis, 2 ac speciale mandatum ad iurand. requiritur: 3 vltius nulla nisi heredi vel successoribus datur. 4

1 Ord.

1 Ord. Cam. p. 3. tit. 16. §. Und so. 2 c. in causis 15. c. 36. c. ultra 55. ex de testib. Nou. 90. c. 4. 3 Myns. cent. 1. obs. 72. 4 Gail obs. 91. nu. 17.

XXIII.

Qua nui post publicatas attestaciones, alios testes, & nisi ad prefixum terminum producere non liceat, 1 Instrumentorū tamen productio etiam vsque ad causæ conclusionē fieri potest. 2 Ut plurimum quoque in supplementum probation. 3 subsidium præsumptionis, 4 litisq; estimationem, 5 tam ante quam post submissionem causæ Iudex ex officio iuramentum defert, 6 considerata conditione personæ, natura causæ, quantitate rerum, factorumq; qualitate. 7

1 c. fraternitatis 17. & c. seq. c. constitutis 46. vers. mandamus glo. eleg. in Clem. 2. ad verb. in appellat. causa, de testib. 2 c. 9. ex. h. tit. 4. l. 1. §. editiones l. exempla l. fi. C. de eden. ibi Dd. 3 c. ex literis 32. ext. de iureiu. c. fin. ext. de prob. 4 c. fi. ext. de iur. 5 tot. tit. C. de in lit. iur. 6 arg. l. vbi cunq; de inter. act. c. iudicantem 30. q. 5. 7 Dd. in l. admonendi ff. de iureiu. & in l. bonæ fidei. C. de reb. cred.

XXIV.

Vtrinque omnibus allegationibus & exceptionibus renunciatis, 1 vtrō in scriptis, sæpe ore tenus, crebrius simul, atq; vel pure, vel in euentū, adiecta clausula: cum oblatione si quid facti, & c. concertationis alea clauditur. 2 Litigatoribus morosis existētibus Iudex datis sufficientibus dilationibus, causam pro conclusa acceptabit. 3

1 c. pastoralis ibi gl. in verb. conclusum, de caus. poss. & propr. 2 Specul. de renunc. & concl. lib. 2. Hart. Hartm. pract. for. lib. 2. tit. 17. Ord. Cam. p. 3. tit. 23. §. Es mag. 3 auth. iubemus. C. de iud. Oldendorp. de sent. & re iud. fol. 539.

XXV.

Tandem perempto instantiæ tempore, quod à lit. cont. in ciuil. per triennij, in criminal. per biennij cursum fit, 1 nec partium conuentione prorogari potest, 2 absolute vel condemnatione causæ status dirimitur. 3 Reparatur autem ratione nullitatis vel iniquitatis, 4 idq; per viam appellationis, in integrum restit. vel supplicationis. 5

1 l. properand. C. h. t. secus de iur. Can. c. venerabilis 2. ext. h. t. vbi Panor. n. 7. hodie lites sunt immortales. 2 Myns. obs. 48. cent. 3. Ferr. in for. sent. diff. num. 13. mihi fol. 209. 3 l. 1. 27. ff. de re iud. c. iurgantium 2. de sent. & re iud. l. qualem 19. §. dicere in pr. ff. de recep. arb. 4 vid. ratio Ferr. d. loco. 5 C. & ff. d. appell. C. si aders. rem iud. auth. quæ supplicatio C. de precib. Imp. offer. sed hæc materia, nostri non sunt tractatus.

COROLLARIUM.

Declarare tamen Iudex & supplere ea quæ sententiæ desunt, non prohibetur: 1 per se tamen ipsum, amplius nec suam, vel recessoris sentent. corrigere aut rescindere potest, 2 aded vt rescripta impetrata post decision. causæ, quam prouocatio nulla suspendit, locum non obtineant. 3

1 l. 24. 55. 62. ff. de re iud. l. 1. de quæstionib. 2 l. 3. C. comminationes & c. Cuia. in par. rat. ff. si quis ius dic. non ob. 3. tot. tit. C. sent. resc. non posse fac. tot. C. vt pend. lit.

153255

AB: 153255

(X2203998)


K





De legibus S. Teutonicarum





CONCLUSIONES DE IVDICIIS.

QVAS FAVENTE DEO TER OPT. M.
PRAESIDIBVS CLARISS. CONSULTISS. VIRIS
D.Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D.Ioanne Hol-
landt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in celeberrimo
ac florentissimo Iuridicæ facultatis, apud Vbios
collegio, pro laudabili & huc vsque rece-
pta consuetudine publicè dis-
putando tuebitur.

CONRADVS von der Thann.

VI. NON. MAII. CIO. IO. XCI.



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT. T

19 6